



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

21. Martij. 12. Cal. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

206 ANNI CISTERCIENS.

Cibus
dæno-
ni pec-
cata. paleis ac sordibus peccatorum; quibus sci-
licet illa delectantur: sed pascan Angelos
pane lacrymarum, quo illis gaudium, mi-
hi verò illorum aliquando in cœlis confor-
tium pariam.

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

E rubescet, quod pro consortio Angelo-
Miseria rum, consortium sortitus es pecorum;
homi- non modo in necessitatibus corporis,
ni summo sed etiam in affectibus cordis. Cum
felici- jumentis partiris cibum terræ, quia
tatis panem Angelorum, panem fastidisti
gradu ad be- cœlestem. Non solum autem, sed eti-
stias de- am, quod pejus est, in recto corpore
eruvi. curva est anima: & in corpore ma-
net humanæ animæ similitudo, in a-
nima verò bestiali similitudine mut-
ata est similitudo Dei.



21. Martij. 12. Cal. April.

Ordinii S. BENEDICTE, Protopatriar-
dat ini- cha Sacri Ordinis Cisterciensis. Ti-
tiū año bi hodierna die solenne festum omnes
520. filij tui (quorum numerus uni DEO
cognitus est) tam in cœlis tecum tri-
um-

umphantes, quām in terra sub sanctissimis Legibus tuis militantes, concelebrant. Qui acceptam à parentibus nobilitatem prosapiæ atque indolis, in eruditio[n]is arce Romanæ urbis ita ex-
coluisti: ut primam scientiarum altis-
simè jam puer imbiberis, contemptum addiscas
mundi. A quo utquam longissimè ab-
esses; penè extra orbem in obscuro spe-
leo diu latuisti: Romani monachi, u[er]ptum:
nicè consiliorum tuorum consciij, libe-
ralitate vitam sustentans. Annonam
tamen, ab illa charitate porrectam, in-
tercipere conabatur invidia serpentis,
qui primam hominis innocentiam gu-
læ vitio corruptit. Charitate tamen in
hoc primo duello palmam reportante,
alio stratagemate usus, pretiosum vir-
gineæ puritatis thesaurum aernali fa-
ce succendere tentavit. Sed tu novo
pugnandi genere, ut hostem sterneres,
arma in temet stringens, tamdiu cor-
pus senticeti aculeis laceravisti: donec
nesciret insidiator, lilijs, an rosis irasce-
retur: cùm innoxia inter spinas lilia ef-
florescere, frendens conspiceret. Cùm
deinde virtutum ac prodigiorum lu-
mina paulatim ad altitudinem hori-
zontis meridiani emergerent, à vicinis Abbas
monachis, hunc solem sibi adoptanti-
bus, in Patrem rogatus, salutifero Cru-

cis

cis, quam venenato poculo imprimebas, signo effecisti, ne parricidium per-
Cōstruit petrarent. Rursum melioribus filijs
 12. mo- fœcundus, innumerā classes in duode-
 naste. cim asceteria, quasi totidem castra
 ria. partitus, novum religiosæ vitæ Capit-
 olium erexit in vertice montis Cas-
 sini: quem Gentili superstitione extur-
 batâ, & relegatis ad suas tenebras dæ-
 monum simulachris, Divis cœlitibus
 consecravisti. Tandem scriptis divinâ
 sapientiâ plenissimis legibus, miracu-
 lorum gloria celeberrimus, yatidico
 spiritu multa præsagiens, sumpto sa-
 cro Viatico, præmortua corporis, per
 austertates exhausti, membra, in pa-
 rato tumulo inter manus & lacrymas
 discipulorū placidissimè composuisti.
Cœlum
conscē-
dit. Sanctissima verò anima per viam re-
 Etam, lampadibus & pretiosa veste or-
 natam, ad felicissimas Beatorum sedes
 visa est condescendisse. Idem ego nunc oro,
 quod hodie in solenni oratione ad te cla-
Spirit⁹ mant alumni tui: ut excites in me spio-
sanc̄tis. ritum illum excellentissimum, quo tu cal-
 simi care mundum, mortificare carnem, subju-
Patris gare infernum didicisti, ac docuisti: ut eo-
 petitur. lem repletus, sanctissimam Regulam tuam
 fideliter observem; virtutes tuas imitari
 studeam; dæmonum insidijs viriliter res-
 stam; &, te jurante, feliciter moriar.

3. ROBERTE, Sacri Cisterciensis ^{Obit.}
 Ordinis gloriofissime Institutor: qui ^{anno}
 nondum natus, ab Angelorum Regi-
 na per arrham annuli, prægnanti ma- ^{Eum}
 tri tuæ in visu porrecti, in amores aut ^{annulo}
 filij aut sponsi cooptatus es. Anno ^{sibi de-}
 tatis decimo in Cellensi S. Benedicti ^{sponsat}
 monasterio, literarum & pietatis tam ^{Maria.}
 solida posuisti fundamenta; quæ in-
 gentem illam nascituri ex te Ordinis
 machinam, æternum fulcirent. Tyro-
 cinium excepere per virtutum suffra-
 gia variæ functiones. Priorem Cellen-
 ses, Tornodorenses Abbatem creârunt.
 Sed magis virtutum, quam honorum ^{Pau-}
 gradus scandere cupienti, gratius fuit, ^{per atē}
 præesse paucis, iisque extremam pau- ^{ubique}
 pertatem sectantibus, quam alijs, quos ^{secta-}
 auri abundantia redegisset ad inopiam ^{tur.}
 pietatis. Sequebantur ubique sanctita-
 tis tuę famam liberalia fidelium dona:
 quibus cum & Molismenses, & disci-
 plinam monasticam obrui cerneret: ad
 aliam denuo innocentiae tutelam, in-
 cultæ, ideoque pauperrimæ Cistercien-
 sis eremi configisti: assumptis quinde-
 cim ex Molisino socijs, qui pari spiri- ^{Cister-}
 tūs fervore ad consequendum summæ ^{cium}
 perfectionis fastigium, divinitùs im- ^{fundat}
 pellebantur. Hæc est dies illa auspica-
 tillima: qua, jurantibus yobis in verba

Re-

210 ANNI CISTERCIENS.

Regulæ Benedictinæ ad literam obser-
vandæ, anno reparatæ salutis, 1198.
novum aspexit mundus de sua vanita-
te triumphum: dum unum silvestre ar-

*Arbo-
rum
ramis
ad te-
cta, ra-*
boretum subministrabat fortissimis a-
thletis alimenta, fomentum, & tectum.
naturâ ipsâ mirante; se tantulo impen-
dio, duraturam in multa sæcula repor-
tavisse de luxu victoram. Paulò plus

dicibus anno insumptum est, ad firmanda tan-

ad cibos ti operis principia, tum favore Princi-

utitur. pum terræ, tum Ecclesiastica potesta-

te. Cùm Molismus, te uno amissō, sui

totius ruinam augurata, eâdem, qua

te alibi firmaveras, authoritate, ad se

reduxit. Nec ægrè paruisti: tot in Ci-

stercio relictis successoribus te dignis,

quotquot filios deserebas. Alberico

igitur in regimen subrogato; tu Molis-

mum, ac triennio pòst felicissima tan-

dem migratione, octogenario major,

Poſto- ad superos evolâsti. Utriusque tamen

bitum Domûs curam nec mors ademit: dum

de suis & somnolentos per visum ad vigilan-

*solici-
tus.* tiam; & ferventes per prodigia ad tui

lequelam exhortabar. Qui quidem

tuus in Patriam transitus (ut hæc fe-

stivitas soli Protoparenti cederet) eo

die recolitur, quo Honorius II. te san-

ctorum catalogo adscripsit. Sim & ego

inter paternas tuæ solicitudinis curas.

Cor.

29. A-
prilis.

NS.

obser.

1198.

anita.

rear.

nisa.

stum.

pen.

epor.

plus

a tan.

princi-

testa-

o, sui

, qua

ad se

in Ci-

gnis,

erico

Iolis.

tan-

ajor,

umen

dum

ilan-

d tui

dem

ec fe-

) eo

san-

r ego

ras.

Cor.

XXI MARTII.

211

Corripe, excita, stimula me ad opus di-
num dormitatem. Objice nictantibus ocu- Somno.
lis horribiles damnatorum vigilias, quas exuti,
in flammis suis æternas agent interfletus, enda.
ejulatus, & dentium stridores, tam facili
nunc labore redimendos: & vicissim dulce
felicis patriæ quietem, post modicas hujus
vitæ vigilias tota æternitate secuturam.

S. BERNARDUS, Epist. r. n. II.

Vigilias times, & jejunia, manu- Medi-
tantiæ.
ūmq; laborem? Sed hæc levia sunt, terna,
meditanti flamas perpetuas. Recor- facilis
datio deinde tenebrarum exterio- est affli-
rum, facit non horrere solitudinem. ctio té-
poralis.
Si futuram cogitas de verbis otiosis
discussionem, non valde displicebit si-
lentium.



22. Martij. II. Cal. April.

B. HENRICE: qui mirabili absti- Obiit
nentia, severa corporis castigatio- anno
ne, multos annos laudabiliter in Vil- 1298.
lario traducens; juxta meritorum exi-
gentiam, in Abbatem Loci S. BER-
NARDI apud Antuerpiam, expetitus
ibi-

